

Per Boleslaum Ducem Marovie in Per-  
sonam Famose Catharine Relictæ olim Fa-  
mosi Marci Civis Varsoviensis ac filiorum  
eius Orti facta Donatio.

415.

96

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei me-  
moriam Boleslaus Dei Gratia Dux Marovie, Ruf-  
sie necnon Terrarum Warschoviensis, Ravensis,  
Sochaczoviensis, Gostinensis, Zakrocymensis Bet-  
zensis ac Dominus et Heres, significamus teno-  
re presentium quibus expedit generaliter univer-  
sis tam presentibus quam futuris harum noti-  
tiam habituris Quomodo Inspectis et animadver-  
sis fidelibus Servicijs Nobis per Famosam Catha-  
rinam Relictam olim Famosi Marci Civis War-  
schoviensis, nec non per Nicolaum Stanislaum  
et Gallum filios eiusdem impensis et in futurum  
adiuvante Domino maiori ac aucto fidelitatis et  
Constantie studio impendendis et exhibendis, ho-  
rum igitur meritorum et Servitiõrum ob respectum  
Ipsius Catharine Nicolao Stanislao, et Gallo ac  
Ipsorum Successoribus Legitimis Ortum inter et  
penes Nicolai Tubicene et Nicolai Didko seu præ-  
ga Civium Warschoviensium Ortos iacentem iuxta  
Signa sua consignata sub Warschovia in longum  
et latum veluti huiusmodi Ortus in suis Signis  
Metis et Limitibus est circumferentialiter distinctus  
et limitatus Et quemadmodum eundem soli tenuimus  
habuimus et possedimus cum omni iure proprietate et  
Dominio ac omnibus et Singulis Utilitatibus, fructi-

bus redditibus, Proventibus, Censibus emolumentis et  
obventionibus generaliter universis quibuscunque No-  
minibus nuncupentur liberum ab omni Solutione  
Nostra Ducali nihil pro Nobis in eisdem reservando  
dedimus, donavimus et gratiose contulimus, damusque  
donamus et tenore presentium largimur et conferi-  
mus perpetue et in evum, liceat igitur pronomi-  
natis Catharine, Nicolae, Stanislae, et Gallo Ipsorumque  
legitimis Successoribus dictum Ortum cum Jure et  
Utilitatibus prescriptis tenere, habere, regere, governa-  
re utifrui pacifice et quiete perpetuis temporibus  
possidere. nec non dare, donare, vendere, commutare  
alienare, obligare, et ad usus suos beneplacitos conver-  
tere prout Ipsis ac eorundem Successoribus legitimis  
melius et utilius videbitur expedire, Nostra tamen et  
Nostrorum Successorum voluntate more solito in pre-  
missis principaliter requisita In cuius rei testimonium  
Sigillum nostrum maius de certa nostra Scientia pre-  
sentibus est appensum Actum et Datum in Warschovia  
Sabbatho ante Sancti Luce Evangeliste Anno Domini  
millesimo Quadringentesimo Septuagesimo Octavo. Pre-  
sentibus Dominis Johanne Lipski Wijnensi Jacobo de  
Mijensko Cijrnensi, Andrea de Wijnonowo Warschovi-  
ensi, Jacobo de Golynino Czechonoviensi Castellanis et alijs quan-  
pluribus fidedignis Testibus circa premissa Scriptum per  
Manus Venerabilis et Egregij Viri Magistri, Petri de Choth-  
kow medicina Doctoris, Prepositi Sancti Michaelis et Maioris  
Plocensis ac Warschoviensis Lovicensis Canonici ac in ma-  
kow Curati Ecclesiarum nec non Curia nostre Cancellarij  
qui presentia à nobis habuit in commissis

Kopia wypisana z Oryginatu Pergaminowego  
1785 Roku Dnia 19 Mca Lipca przy ktorym nastan-  
ku iedwabnym koczonym z kolorow Prasirowego bar-  
mazynowego y bialego wisi pieczec iedna